

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nocumentum b
cum fonte primo

Nec aliquid nocet fidelibus negata
eorum corporibus sepultura,
nec si exhibeatur aliquid infidelibus
prodest.

Augustinus de cura pro mortuis agenda.

sed quia hoc sine ulla
dubitatione falsissimum est
nec aliquid obest fidelibus negata
eorum corporibus sepultura
nec aliquid, si exhibeatur infidelibus,
prodest,
cur ergo illi, qui Saulem et eius filium
sepelierunt, misericordiam fecisse
dicuntur et ob hoc a rege pio
benedicuntur, nisi quia bene afficiuntur
corda miserantium, quando ea dolent in
mortuorum corporibus alienis, quae illo
affectu, quo nemo umquam carnem
suam odio habet, nolunt fieri post
mortem suam corporibus suis, et quod
sibi exhiberi uolunt, quando sensuri non
sunt, aliis non sentientibus curant
exhibere, dum ipsi sentiunt?

Augustinus Hipponensis, *De cura pro
mortuis gerenda*, 9, 11 (CSEL 41, J.
Zycha ed., p.639, ll.2-11).